

Alte Drucke

**Cl. Poli de trium seculorum Romanis pontificibus, hoc est,
ab anno 1274 in annum 1592.**

Polus, Clemens

Königsberg, 1592

VD16 P 4075

VIRO, OPTIMI, HISTORICO CLARISSIMO REINERO REINECCIO CL. POLVS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149473

VIRO, OPTIMO, HI-
STORICO CLARISSIMO
REINERO REINECCIO
CL. POLVS.

Non est adeo superuacaneum, nec etiam iniucun-
dum Clarissime Reinecci, de Pontificibus huius
nostri seculi, ad hanc ferè diem usq, aliquid con-
tinuatum siue repetere, siue etiam : quod hacte-
nus non ita abundanter, aut ubiq, ut par est, nostris homi-
nibus scriptum inuulgatumq, sit, literis memoriæq, manda-
re. Nam sunt homines qui etiam Evangelici dici volunt,
quos nunc ferè poeniteat tædeatue Gratia DEI benignif-
simi, oculos tandem singulari sua misericordia Parentibus
nostris aperientis. Quorum illi igitur parentum maio-
rumue suorum iudicia præ suis contemnunt, qui se in eas
partes conferunt, ubi huius bestia siue Antichristi sæuitia
in Christianos stabilitur : ne dicam de impudentia, libidine,
scurrilitate, similibusq, sceleribus, quibus Neronem, Caligu-
lam, Commodum, Heliogabalum, Caracallam vincunt Iulii,
Pii, Pauli, Leones nostri. Sed utinam virum illum nostra hac
ætate præclarissimum audirent : quem tantopere consuetu-
dine saltem aliqua, siue hypocrisis commendant, (quod alii
pii prudentesq, viri studio iuuandi Ecclesias faciunt) Lu-
therum dico, quàm ille ipsis suum illud studium Pontifici-
um, seu operam Antichristo locatam dissuadeat, cuius no-
mine, nunc siue Hispanicus siue Guysianus superioribus
annis ni mis nostris splendens, sed anno proximo, aliquomo-
do obductus iste fulgor ex Hesperia repudiandus veniret.
Quod si fieret Evangelii sanè despectus hac quoq, causa tam

apud nostros quàm apud Pontificios multo magis minueretur. Sed quis credit ut vates inquit? Fuit eritq; semper hæc Prophetiarum commonitionū conditio apud homines sceleratos ac crudeles, quos ad pœnam trahit Deus, ut præfractiones evadant, eoq; irarum, protervia ac dissentiendi contradicendiq; libidine veniant, ut nitantur in vetitum, confirmantur in iis irritato animi proposito, in quibus antè nutarunt. Parentes autem nostri, quos illi sanè suis præ iudiciis factisue, temeritatis aut seditionis condemnant, nunquam satis laudari possunt, quod tyrannicum illud immane iugū excusserint, si modò persuasum nobis à Luthero aliisq; rectè sentientibus sit, hæc inter cætera de Pontificibus, cum quibus præsertim parentibus nostris nobisq; res fuit atq; est, scripta, sæpè multumq; animo versanda esse. Nam ut avaritiam etiam horum tyrannorum omnia libidine sua devorantium, minus intactam relinquam, profectò causa fuit, cur sibi nostri tandem tùm Illustrissimi Principes cauerent, cum practicas ac grassationes Alexandri, Iuliorum, Leonum, Pauli, Clementis similiumq; prædonum in Italia viderent, legitimos Principes antiquis suis possessionibus vi deñcientium, eaq; nulla fide, nullo titulo suis nothis dilargientium: cum quisq; suos oculos exhauriri, Germaniam spoliari videret, ut nulla in ea hominum conditio aut status esset, qui non istarum harpyarum rapinas sentiret. Fuit eritq; semper piis Principibus ex hac historia exemplo, præclarus ille Gallix Rex Ludovicus, qui eo pater populi dictus est, quod se fortissimè Pontifici opposuerit, eius minas conciliabulaq; contemserit, utiq; suum populum, suæ fidei commissum, ab his lamiis diripi dilaniariq; non sit passus: cuius & illud præterea ex Gallicis integræ ipsius vitæ scriptoribus, præclarissimum, nostræ ac superiori ætati pergratum exemplum, obiter attexere libet, quod Albigeenses siue Albau-

gustanis

gustianos, pios, miseros homines, hærescos per inuidiam tra-
ductos, ac diris ab Antichristo deuotos, contrâ eius crude-
litate tutatus sit: eos clementissimè ac cum animi Chri-
stiana voluptate audierit, obseruâritq; aduersariorū effictas
calumnias vitæ integritate puritateq; professionis diluere:
Cui si Carolum Petri Carpentarij, Romani demum An-
tichristi sanguinis sanctorum sitientis assentatoris, aut simi-
les compares, videris quid inter Reges, quid etiam inter
historicos intersit. (Nam iis hominibus, leuibus dictariis
aut puerilibus colloquiis factisq;, interdum etiam tandem
crudelitate furoreq; Reges magni mirabilesq; videntur)
quamq; ab re mites animos sanguinolenti homines persæpè,
ubi opus est cum nostris conuersantibus, fingant: reuera ac
serio fraudulentorum ac crudelium consiliorū, ab Alonsois,
Didacis, Claris, Zoanetis, Peckiiis, Carreriis, aliisq; inquisi-
toribus recoctorum patroni atq; architecti. Sed ut reuer-
tamur undè digressi sumus. Quid de madidorum istorum
siuè unctorum suum iocis in DEVM optimum maximumq;
ac religionem, quin de omnis religionis ac pietatis contem-
tu dicam: satis superq; à nostris, viuis ipsorum exemplis,
hypocrisis ista ac immanitas, omniumq; scelerum larua refu-
tata detectaq; est. Nos in plærisq; castitati aurium homi-
num nostrorum multum tribuimus, ne Suetoniano aut alio-
rum more ipsorum flagitia depingeremus. Ne de veritate
verò harum historiarum dubitari debeat: ex ipsorum Pon-
tificiorum historiis permulta ac plæraq; sumta sunt: quos
ea, quæ omnes homines vident videruntq; tandem negare
pudet. Sentiunt profectò sua damna antiquæ familiæ in
Italia ac quicq; ubiq; homines. Omnes de hisce rebus, di-
ctis scriptisq; conqueruntur. Nouum verò eò iucun-
dumq; censi hoc nostrum scriptum potest nostris homini-
bus, quod in hunc usq; annum, in quo singularem DEI
optimi

optimi maximiq; immortalis, omnipotentis, potentiam ac
benignitatem erga populi sui miseris reliquias vidimus,
hanc historiam continuauerimus: Quædam etiam de Ka-
lendarii ratione ac similia asperserimus: quædam ita non
ita vulgata in Latina lingua historiaq; ex aliarum nationum
historiis addiderimus. Sed præterea & leges, consilia, re-
rum mutationes, in hac nonaginta annorum historia sunt, ut
facile ipsa cum quibuscunq; historiis comparari, lurecon-
sultisq; atq; omnibus, qui in Rebuspublicis versantur usui
delectationiq; esse possit. Tibi verò humanissime Reinere
hanc historię partem dedicare visum est, gratitudinis atq;
obseruantię tuarum virtutum ergò, quod tua me autorita-
te plurimum iuueris, ut hi libelli illustrissimo quoq; Prin-
cipi vestro commendarentur. Qui igitur ut ederentur
apud vos clementissimè concessit. Quod fa-
ctum fuisset, nisi aliis conficiendis nego-
tiis indè migrare oportuisset.
Vale feliciter.

CATA-